

ADSIT FAVOR JEHOVÆ!
DISPUTATIO PHILOSOPHICA,

De

NUBE,

Quam

Ex Suffragio Ampliss: FACULT: PHIL
In Regio ad Auram Parnasso
PRÆSIDE

Viro Amplissimo ac Celeberrimo

DN. PETRO HAHN,

Scient. Natur. Prof. Ord & Regio,
nec non Acad. Bibliothecario inelyto,
In publicam lucem & ad Bonorum Examen
prodire jubet

MAGNUS WIDEBECK,

Wex. Svec.

Ad diem 23 Viii, Anno 1702,
In Maxima Diatribe,
boris solitis.

Aboë, Exc. Jo. WAL.

SAC.Æ REG.Æ Maj.^{TIS}

SUMMÆ FIDEI VIRO,
SENATORI AC CONSILIARIO,
REGIÆ ACADEMIÆ CAROLINÆ
CANCELLARIO,
MULTIS MAGNIS QVE AD REGES,
PRINCIPES, RESPUBLICAS, LEGATIO-
NIBUS DUDUM INCLYTO,

ILLUSTRISSIMO ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO

DOMINO,
DN. NICOLAO

Bohlenstalpe/

COMITI,
LIBERO BARONI &
DOMINO

in Jakoila/ Segerstad &c. &c.
MUSARUM AC LITERARUM MÆCENATI
& PATRONO INCOMPARABILI,
DOMINO

MEO
GRATIOSISSIMO.

CELSISSIME COMES DOMINE BENIGNISSIME.



Plendidissimum TUA Eminentie
fulgorem, ILLUSTRISSIME
COMES, Magnificentissimumque
illud TUA EXCELLENTIE
NOMEN quod Aenea gloria, Aemilii Comi-
tas & Cliniae celebritas comitatur, quodque
ob varia, quibus prafulget Insignia, in sum-
ma totius Arctoi populi merito versatur laude,
me ad servilia paupertine conditionis obse-
quia dejectum multisque sinistri fati casibus
prostitutum, deterrere & ab incepto tam au-
daci revocare debere non pauci judicent, sed
marmoratis laudibus digna benignitas, ingens
gratia atque insignis favor, quibus TUA
CELSITUDO Patrem meum dum in vivis
erat

erat. carissimum, heic Aboe quondam apud
abunculum suum beatum Dn. Doct. & Episco-
pum Enevaldum Spenonium, nuptiarum con-
junctione TUÆ EXCELLENTIÆ Nobis-
lissimæ familie insertum, commorantem, be-
mignissime amplecti dignata est, hanc mihi
injungunt audaciam, in debite ergo pie ac
venerabunde mentis, horumque beneficiorum
memoria signum, ad aram & pedes TUÆ
CELSITUDINIS summâ devotione exite
specimen hoc Academicum depono, humilima
animi generatione obsecrans, velit **TUA EX-**
CELL: in sibi favoris gratiaque illud be-
nigne fovere & vel minimum TUÆ Beneficen-
tiæ radium ad me deliciis omnibus terrenis spo-
liatum porrigere, ut TUÆ CELSI-
TUDINIS favoris clementiaque auxilio
effulgeat

ILLUSTRISS: TUÆ EXCELL:

Serbis humilimus

Magnus Widebeck.

§. I.


 Ideo fortassis limpidiſſim oſci-
 entia ū liqvore perfunſis, cum
 Prometheus, iſlū cœlum ſcan-
 dere & omnem expaſtam
 Athlantis molem in humeros
 meos ſolcipere, cumque Icaro vias Aetheress
 affectate velle; dum nobilissimam & abſtruſiſ-
 simam materiam, de ſeunda variorum Me-
 teorum aquaeorum marre, ex laxis iphis terræ
 cœruleique naſantibus Neptuni campis pro-
 gnata, & ultra naſalera Elementorum pattiā
 perfractis carceris Eoli repagulis, in ſublimea
 iſtius regionē atque palatiū delata, liqvida
 & aquoſa NUBE, levi brachio perſtingere
 aggrediar; amat enim nobilis hæc matecia ab
 ingenio in Physicis verſatissimo apprehendi,
 quod penes me non reperitur, harum enim
 ſtudio licet ſtravifſimo parum aut nihil me in-
 gurgitasse, multo minus ad intimam earum
 cryptam pervenisse fateor: Verum licet tenui-
 tatem ingenii, quam nimia ſimplicitas & in re-
 tam ardua, deploranda hebetudo prodiit, pro-

fiteri cogat, eam tamen, seqveſtrato ab animo
omni inde resultante timore & præconcepta
opinione, auxilio Supremi Numinis, mortali-
bus divina scientia ſacraria recludentis, filoq;
Ariadnes & Gygis ſumma felicitate annulo dili-
genciâ, difficultia quæq; ſuperante, nec non omni-
bus arridente brevitate, refarcire conabor. Sub-
tiliſſimi tamen hujus rei Theatrum ingressurus,
ne in errorum Syrtes ab iplo limine impingat,
ſed ut ſecundis Zephyris mea Cymba vehatur,
receptâ methodo, anteqvam realibus manum
injicio, nominalia ſimpliciter prämittam.

§. II.

Viam in adyta ſublimi hujus rei pro virio
li irumpendo nobis ut ſternamus, ipsam
Οὐρανοτολογίαν, ſeqventia tria ſub ambitu ſuo
continentem, publicæ luci dabimus. I. Ετυμο-
λογίαν ſic (a) descendit Nubes a nubendo, hoc
eſt tegendo & operiendo, qvod ejus densitas fo-
lem obumbrat & tegendo obnubie; Qvibus
hæc derivatio, licet fatis conveniens ac genu-
ina, minus ad palatum, originem ejus ad Græ-
cam vocem νέφος (quasi νεφῶς, qvod lu-
cem ſolis intercipiat) quæ nebulam vel nu-
bilum & (b) Nubem etiam significat, referunt:

Sic

(a) Secund. Sora & Mag. l. 4. c. 6 (b) vide
Scrével. Lxx.

Sic(c) Virgil: Galii plaudenter nigra figit sub
Nube Columbam: (d) idem involvere diem
nimbi, & mox humida Calum abstulit: Inge-
minant abruptis nivibus ignes, (e) & sedam
glomerant tempestatem imbribus abris collectas
ex alto Nubes. 2. Οὐρωπίαν, ubi vocem Nu-
bis ab Autoribus varias sortiri significationes
intelligimus; potitur enim interdum pro fa-
stu & tristitia, ut (f) deme supercilios Nubem,
interdum per translationem pro multitudine
densa, ut (g) alarum conjuncta signa pulsus
sonituque & Nube ipsa, operient & superfun-
dent oblitos præliorum equites equosque, sic(h)
Equitum peditumque Nubes. (i) armorum Nu-
bes, (k) bellum Nubes, (l) exercitum Nubes: ha-
vum omnium significationum sola enumeratio-
ne iam contenti, vocem Nubis prout propriissimè
accipiat & a physicis pro (m) Meteoro
aqueo in sublime ducto usurpetur, reliquis omis-
sis, amplectimur 3. Συνονυμίαν, sic non solum
usitata est vox Nubes Graece νεφέλη fvticē
Σφῆδις sed etiam Nubis in nominat: ut (n) non-
ne

(c) 5. Aeneid: (d) 3. Aeneid. (e) 1. Georgic. (f)
Horat. l. 1. Ep. 18. (g) Tacitus III. Hist. c. 2.
(b) lib. 5. bellum macedon (i) Statius q Thebiad.
(k) Virg. Aeneid. 10. (l) Heb. 12. 1. (m) A-
rist. lib. 1. Met. e. 9. (n) Plautus in Merc.

ne ex adverso vides Nubes circa imberque
instar. Usurpat ut etiam substantia. Nubilum, pro
ipsa Nube (o) Rhodus enim & Syracuse nun-
quam tanta Nubila obducuntur, ut non aliqui-
qua hora sol cernatur, (p) & pater omnipotens
densa inter nubila telum contorset (q)
sic nubila pello, nubilaque induco, ventos a-
bigoque, vocoque, licet ab aliis (r) Autoribus passim
pro tristitia atque dolore ponatur; ad quae
potius Benevolentiam: Lect: mittimus, quam quae praes-
senti materiae parum vel nihil lucis dant, in
chartam referendo, tempus frustra produ-
cimus.

§. III.

Tenui jam filo ductis nominalibus, ad
πραγματολογias sive ipsa realia justo tra-
mite devolvitur ordo, & ut rem ex ovo ex-
cludamus, ut ajunt, Definitionem probatissi-
mam, quam Clariss: Dn. Sperling. nobis ex-
hibet statim subjungemus: *Nubes est Meteo-
rum aquaeum ex effluvitis ad medium aëris re-
gionem delatis genitum, & pro ventorum va-*
ri-

(o) Plinius l. 2. c. 62. (p) Virg. Georg. 1. &
Idem 6. Aeneidos (q) Ovid. 7. Metam. (r) vid.
Plin:um l. 2. c. 7. de Sole & Statuum Epicedio
patris l. 5. Syloar. nec non Cicer: in Pison I-
tem Rannii Gheri Delicias; Poëtar part. al-
ter pag. 435. vid. Edonis Neubus: S:fat: LICEI

3

rietate variè agitatum. Circa hujus Definitionis Generis & Differentiarum enucleationem omnibus notam, aliquod tempus insumere minus necessarium ducimus, potiora enim sese offerunt nosque in sui admirationem rapiunt.

S. IV.

Nobilissime itaque hujus materiae ventilatio substratae sublimitas & proprietas, facilius ut dispalescat, ad causatum scrutinum filium spectimus, quatuor oceanum ingrediētes, (*f*) antiquissimam & universalem primam DEUM Ter Opt: Max. (*s*) ad cuius nutum omnis rerum natura cōponitar, esse credimus; Is enim est (*u*) qui agit, gubernat, impicit, vegetat, portat, alit, vivificat omnia; qui (*x*) it per omnes, Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum, Qui (*y*) cœlo terras & terris abscidit undas. Hic (*z*) ab extremo terræ Nubes ascendere facit, (*a*) iisque nitidum involvit cœlum & pro liberissima sua voluntate (*b*) eas ita pellit, movet atque circumagit, ut ejus iussa & mandata
abi-

(*f*) Job. de Raii de motore primo (*t*) Edonis Neuhus. saerorum Farid. I. 3 c. 3. (*u*) Trismegistus in Asclepio (*x*) Virg. (*y*) Ovidius (*z*) Psal. 135. 7. (*a*) Psal. 147. 8 (*b*) Job. 37. 12.

absque reluctatione obedienter exhaustant. Tosa etiam astrorum cohors (*c*) quæ ut omnium rerum sublunarium, ita & Nubis causa universalis nempè secunda esse censetur non enim est otiosum aliquod ludentis naturæ pigmentum, aut vanus tantum coeli ornatus, naturalis natiqve ejus est indoles (*d*) ut Nubes cogat, aërem denset, pluvias extulit, nimbos, ſimbres atqve procelias, niſi fortes admodum renitantur causæ, commoveat; inter omnia tamen ecclii ornamenta, principem locum in hujus effecti productione, tenet fons ille lucis, & mundi oculus, (*e*) Cœliqve nitidum jubat, & aureum decus, SOL, qui elementarem orbem ſuis radiis colluſtat, terramque benigno caloris igne fovet. Hic cum ſuis ſatellitibus (*f*) atomos aquas, vapores atqve halitus varios (*g*) non ſolum ab ipsis Elementis, ſed ab omnibus etiam aliis corporibus effluvia diversa ſpargentibus extrahit, & (*h*) furſum per terræ poros, adjumento caloris ſubterranei evocat, ut non incommode dixerit Celeberr:

Dn.

(*c*) Anton Le Grand Phil: *Naturalis* p. 404. & 407. (*d*) Neubus *Sacro. Facid.* lib. 3. c. 6. (*e*) Idem c. 1. l 3. (*f*) Sperl. *Inst. Phys.* l. 5. c. 1. (*g*) Pbil. *Burgund. Phys. Gen. Traſt.* 3. c. 2. & *Sperl. Inst. Phys.* l. 5. c. 3. (*h*) Hoffvenius: *Diss. Phys.* 13. & Seneca: *Quesit. Nat.* l. 4. c. 2.

Dn. Achrelius (i) Nubes inter vaporum sponges vi astrorum & ignium subterraneorum sursum attoli. Ignem subterraneum hunc effectum promovere, speramus nominem ire insicias, nisi qui cum ob levitatem suam sub Lunæ concava, absque pulsulo sedem posse retinere & affectare statuunt, cui tamen sententiae aperte inclamat (k) fontes calidi, (l) therma, (m) mons resque ignivomi in insula Java, & Sumatre, in Moluccis etiam & Philippinis Insulis, in Japonia, Peruvia inque variis Americae jugis se prodens ignis præter notissimos illos montes Athna, Vesuvius, & in ipso glacialis boreæ recessu extremitique arctoi orbis circulo flammam eructans Hecla; Doctissimorumque (n) autorum hanc sphæram refutantium opiniones. Sed quod Sol vapores atque effluvia Nubes generantia attrahat, inter doctos non convenit, dum enim atolluntur (o) non sic intelligendum est, quasi Sol
cas

(i) *Contempl. mundi l. 3. c. 3.* (k) *Joh. de Raet in clavi Phil. Natur. p. 661: & 657.* (l) *Claub. Thes. 558. Hoffven: Disp. Phys. 12. & 16.* (m) *Phil. Burg: Tract: 2. c. 2. & Renatus des Caref. Princephil. part. 4. p. 125.* (n) *Jac Rohault. Tract: phys. part. 3. c. 2, Spicetus Qæst. 281. Sperl. & Claub. Thes. 429.* (o) *Ani. Le Grand Phil. Naturalis pag. 468. & Ren: Des Caref. c. 2, Meteor.*

cas astrahat (p) talis enim astracio intelligi nequit) dicunt, sed quod ad Solis praesentiam materia subtilis, quae corporum terrestrium meatus permeat, particulas illorum corporum expellat, quae cum nullum praeter aeris inventant locum in quo moveri possunt versus illum pergunt & a (q) radiis solis terram ingrediens ac verberantibus non aliter ac pulvis terrae hominum pedibus calcatus sursum ascendit, ad altiora propelluntur loca, hæc eorum opinio nititur hoc fundamento, quod solem non effectivè & virtualiter sed subiectivè & actu calidum esse potent, sic Joh. de Raci (r) dicit solem nil nisi ignem esse, (s) & nullum dari Elementum ignis diversum ab eo, quod Solem constituit, qui eriam primarium caloris subiectum est & Clauberg. (t) Solem proprio loquendo ipsam flammatum esse & a nostris flammis saltem respectu puritatis & magnitudinis differre statuit, nos autem cum fortissimis Autoribus (u) solem effectivè calidum statuentibus, dicimus cum agere in ter-

rama

(p) Claub. pag. 479 (q) Idem Thes. 817. (r) In clavi phil. nat. p. 574. de mundi system. (s) Idem p. 665. de calore & frigore (t) Thes. 419. (u) Celsarius Elem. Astron. p. 40. de theor. planet & Robault. tract. phys. part. 2, c. 25. Scbarf. material. phys. l. 2, c. 2.

ram per suos radios & virtutē illuminandi (x) contactu virtuali, eumque simul (y) cum calore subterraneo, ex terris & aquis evocare plurima effluvia sursum per terrae poros, ad camporum superficiem, montium juga, & ad ipsas Nubes, (z) licet enim solis lumen in prima opaca terre superficie terminetur atque subsistat, calor tamen ab eo genitus usq; ad intimas partes medie terre progreditur, ubi putamus eum cum calore Elementari in terra recessibus latente conjungi, & (a) quasi inviolabili amicitia federe ad hunc effectum producendum conspirare. Sententiam autem Clariss. auctorum antea allegatorum non rejicimus, nititur enim principiis à nostris dissentientibus, & si ad mentem eorum illam explicare tempus permiceret, posset forsitan retineri; (b) Optimum enim & pulchre factum est si magnorum virorum sententiae possint conciliari, ut utraque locum obtineat, qvod jam facere tenuitas ingenii & angustia temporis prohibet.

B

His

(x) Scharfius loc. jam alleg. (y) Hoffv. disp. phys. 14. § 13. Claub. pag. 346. § 346. § Phil. Burg. tract. 2. disp. I.c. 6. § 7. (z) Renatus des Cartes princip. phil. p. 108. (a) Achrelit Contempl. mundi l. 2. c. 1. (b) Claub p. 48.

§. V.

His pro modulo ingenii præmissis, ad Nubis materiam detegendam nos applicantes, eam duplicem Remotam vel Propinquam esse dicimus. Remota est (*c*) fœcunda Meteororum genitrix aqua, quæ (*d*) vi Solis & ignis subterranei (ut superius ostendimus) in aërem attollitur & ita diffunditur, ut longè amplius spaciū quam antea occupet, quæ diffusio vel rarefactio sit (*e*) absque novæ materiæ appositione, sola disjunctione partium antea unitarum, ita ut saltem pori qui (*f*) æquæ in aqua ac in aliis corporibus reperiuntur ampliores reddantur & ab alio corpore subtili ac valde mobili impleantur; ut in Nubis propinquâ materia (*g*) vapore, quem pariunt multæ myriades atomorum seu effluviorum aqueorum conspicitur, quare etiam (*h*) Nubes vapor in magna copia ad medium aeris regionem delatus & qvidem (*i*) addensatus vocatur, generatur enim Nubes dictæ

Cla-

- (*c*) Renat. des Car. pr. Ph. c. 6. Met. Claub. p. 347.
- (*d*) Ant. le Grand Hist. Nat. artic. 5. pars. I.
- (*e*) Claub p. 141. Sicker. p. 9. (*f*) Phil. Burg. phys. Gen. Tract. I. c. 2. Cartes. Met. c. 1. (*g*) Sperl. I. 4. c. 3. Cl. 5. c. 2. Cl. 8. (*h*) Stierius Tract. 3. pant. spec. c. 5. (*i*) Conimbr. tract. 7. c. 1. de meteoris.

Clariss. Neubus. (k) ex vaporibus terræ, qui
 solis eliciti radiis, ubi enixi in altum subli-
 miorem aëris tractum concenderunt, frigidi-
 tate loci densantur, & concrescunt, qvod au-
 tem heic solam nominat terram non pver-
 se explicandum, quasi aquam ideo excludat,
 nam intelligit totum terraqueum globum,
 (l) qui se habet ut secundamater ad omnium
 rerum productionem; ex aqua enim (m)
 coruscante sole, communiter plures quam è
 terra ascendunt vapores, terra namque
 multis in locis nimis est arida ut non
 tantum materiæ illi ac aqua suppeditare
 possit, hinc etiam tempore aestivo (n) sta-
 gna minuantur & paludes aliaque loca uda
 exsiccantur, aquæ enim particulae disjun-
 ctæ evaporantur, undè halitus (o) vario
 flaminum plexu egredientes, Nubem vapore ro-
 tido prægnantem componunt, qui halitus eo
 usque ascendunt donec ipso aëre graviores red-
 dantur ut ejus pondus sustinere nequeat, tum
 in terram quæ halituum veluti pena & nutri-
 cula est redeunt. Sicut jam vapor (p) hu-
 midior magisqve in crassitatem constrictus, si
 tam altè assurgat ut medias aëris occupet sedes
 (k) *SacrFat. l. 3. c. 1.* (l) *Achr. Cont. mun. l. 1. c. 5.*
 (m) *Ren: des Cartes Meteor. c. 4.* (n) *Claub. p. 343. 5199.* (o) *Phil. Bur. tract. 2. disp. I. c. 9.*
 (p) *Sperl. Inst. phys. l. 5. c. 6. Magirus l. 4. c. 6.*

des Nubem parit, ita majori copia è terra si egrediatut & in infinita aëris regione rarer subsistat nebulam gignit. Non hic putandum aquam transmutari suamque naturam depone-re dum in Atomos, Effluvia, & Vapores, beneficio caloris redigatur, & in sublime contra gravium naturam feratur, sed manet (q) aqua in quam etiam ultimo resolutur; quia (r) subicuntur particulis aquæ sparso atque contentæ fuerint, suam servant intolem, quidquid enim (s) in toridam vel vaporosam substantiam fuerit attenuatum, & in frigidam aeris regionem elevatum, à natura loci contrahitur in Nubem. Atomi autem seu Effluvia ex quibus Nubes componitur (t) quantumdiu calore sufficiente agitata fuerint, oculos nostros non feriunt, sed insensibilitatem in aëre volitant. Calore vero hoc segregato & pulso, ob loci frigiditatem condensantur, opaca reddituntur, sub visum cadunt, vaporisque primum, deinde Nubes formam induunt, quæ (u) calore interno disperso & extinctio ardore compingitur, crassitudinem & gravitatem nanciscitur, cum à quis-
qviliis ab ipsa terra simul cum vaporibus e-

ve-

(q) Rohault. trslt. phys. part. 3. c. 3. (r) Ant. le Grand Phil. Nat. p. 270. (s) Achri. Cont. M. l. 2. c. meteor. 5. (t) Hoffven, disp. phys. 14. & Rohault. trslt. phys. part. 3. c. 12. (u) Scharp. l. 4. c. 4.

vectis tanta a venti agitatione eam in aquâ glomerantie (x) præsertim si a mari ingentem vaporum copiam suppeditante spirat, quorum vaporum accessu facile dentantur Nubes, dum aliæ ejus particulae in alias impingunt & sic majores ideoque graviores evadant. Vapores hi quos Nubis materiam nominamus (y) saepe ciliis per terræ tubulos atque meatus ascendent quam per aerem, (z) cujus particulae sunt fluidæ, mobiles & instabiles, siquidem in terra sunt angusti meatus, qui surfacem eluctantes hanc sustinent neq; eos relabi sinunt, eodem modo quo (a) fumus melius per Caminum ubi via est parata & latera ipsum sufficiunt, quam per liberum ærem, huc atque illuc motu vago fluctuantem ascendit, deinde etiam sunt hæ vapores (b) leves non tamen sua natura, propria enim unius non sicut propria alterius, sed propter ignem quem continent qui verè levis est, hic resolutam aquam in sublime versat, ideo etiam Cartesius (c) vaporem aquam igni commissam adpellat; puto præterea (d) multum tenuis & ærea substantia intra poros aquas con-

(x) Phil. Burg. trad. 2. disp. 1. c. 9. (y) Rhenanus Phys. cond. c. 26. & Ant. le Gr. phil. nat. p. 437. (z) Ren. des Cartes princip. part. 4. pag. 122. (a) Cœnab. p. 536. (b) Spal. Inst. l. 5. c. 8. (c) c. 4. Meteor. (d) Phil. Burg. Phys. Gen. tradit. 3. c. 3.

contineri; evjus beneficio levior redditur. Non rāndum tamen hic qvod non omnes vapores in Nubem abeunt, sed multi in alia resolvuntur Meteora, si enim (*e*) in terræ superficie sic debile frigus dum vapores illuc pervenient torpescunt, majoremque suæ agitationis partem amittunt, intimius ergo junguntur, & cum amplius ascendere nequeant Rorem componunt, licet eum etiam ex(*f*) subtillissimis illis aquæ particulis forma vaporis in aëre volitantibus, & cib absentiam radiorum solarium à frigore constrictis, sicque ex unione mutuo- que occursu ponderosiores redditis nasci non negemus; si vero (*g*) frigus intensem nimis, vaporibus vel statim ab ipsa terra erumpentibus vel altius aliquantò evectis supervenerit, pruina generatur, & quoniam terræ superficies plerumque est frigidior tempore tamen potissimum matutino unde contingit ut vapores sèpius in aquam vel (*b*) in guttas rediguntur quarum plurimæ coēuntes in unum per camporum declivias defluuntquam amissa vaporis forma ad Nubem ascendunt, nam (*i*) descendere non possunt per eosdem meatus, per quos ascen- dit

(*e*) Ant. le Gr. phil nat. p. 457. (*f*) Robault. tract. phys. part. 3. c. 13. & Sicc. qv. 294. (*g*) Scharf. l. 4. Met. c. 4 (*b*) Hoffven. disp. phys. 23. (*i*) Rhegen. phys. cont. c. 26.

dit vapor, qvia nimis angusti sunt, latiores ergo sibi querunt vias. Si aliqui vaporess viscosi fuerint (*k*) oriuntur *filia D: virginis appellata*, quæ instar telorum aranearum Vere maximè & autumno, per agros totamque terram volitant; alii (*l*) filamenta hæc, nebulæ reliquias calore solis exsiccatas esse statuunt, *quæ etiam capillitium Veneris vocant: (m)* Vapores, etiam multi licet in sublimiorem aëris tractum pervenerint, subito à vehementiori vento antequam in Nubes coalescant, sœpe difflan-
tur, dispelluntur & abiguntur. Certum equidem est Vapores atque effluvia Nubem con-
stituentia (*n*) magnetica quasi vi ab astris attrahi, tamen (*o*) hunc effectum ut causæ uni-
versales non producunt, nisi particularis ma-
teriæ aliarumque Circumstantiarum conditio
illum promovet, oportet ergo terram esse ri-
mosam & aliquo modo calidam, ut interdiu Sole ei incumbente, tamque largum calorem
in gremium ejus spargente, ut (*p*) *diurnus magna etiam noctis parte perduret, vaporesque & halitus varios majorique copia co tempore*

ab

k Hoffen. disp. 14. l Coll. Burg. Phil. tract.
2. c. 9 m idem tract. 2. c. 6. n Achr. Cont. m.
l. 2. c. 5. o Job. de Rati in Clav. Phil. nat. p. 661.
de calorē & frig. p Seneca quest. nat. l. 5. c. 6

ab (q) ipsa terra calorem sibi impresum die-
tius retinente, quam e mari (interdiu tamen
piores suppeditante) evocat. Dum etiam in-
super peculiaris aëris constitutio eorum iuvat
erum, ut in sublime impediti ascendere va-
leant, non dubium est quin vel (r) ab ipsis
aeris motu, vel à frigore ibi condensentur &
in minimas guttas sive etiam particulas gla-
ciales subtilissimas constringantur, (s) inque
aere remotiori a terra loco (quam nebulae)
si suspensi maneat Nubem constituant.

S. VI.

De abstrusissimæ hujus rei (Nubis puta)
mentis scrutinio substratæ, Forma, heic lo-
ci atque effet nonnihil inferere, sed cum præci-
reperiantur de eadib subtilitatem suam aliquid
certi qui literis comensere, cogemur fateri
et mentis nostræ aciem ad ejus intellectio-
nem tam imbecillam atque vacillantem esse,
quam Nycticoracis oculus ad solem intueniūm;
(u) frustra ergo aliquis à nobis scire queratur,
quod scimus nos nescire, nisi forte ut nescire
diseat, quod scire non posse, sciendum est: fi-
ta

q R̄heg. phys. Cont. part. spec. c. 24. & Claub.
thes. 593. r Svererus in Comp. phys. qvæst. 294.
& Hoffv. loc. supra alleg. s Rohault tratt. phys.
part. 3. c. 15. t Scal. exerc. 1. f. 4. u Adens. Phil.
sob. part. prim. sect. 1. qvæst. log. 6.

tamen eam paucis attingamus non certam aut
essentialiē aliquam, sed accidentaliter dispo-
sitam, citoque morabiliem, huic Meteorō affi-
gnamus Formam; nihilominus tamen statuimus
Nubis Formam in eo consistere quod (x) sit vel
cavernosa instar spongiae, vel quod in aere mo-
bilis (y) similis velleris crispata pendeat. Cer-
tum eq̄uidem est (z) guttulas innumerabiles
esse in Nube, easque non omnes eandem red-
dere faciem, sed prout à ventis diversis quali-
tatibus praeditis agitantur, & vel a frigore con-
strictæ, vel à calore fotæ fuerint, diversas eti-
am induunt Formas, variam quoque materiæ
dispositionem arguentes; nonnulli inter Recen-
tores (a) Nubem Formam tenuissimorum gla-
ciei capillamentorum longe à se invicem sepa-
ratorum habere sibi persuadent id enim mon-
tium altissimorum juga etiam media aestate Ni-
vibus tecta, & pruinis perpetuis damnata, satis
superque evincere putant, quam sententiam
veluti Herculeo quodam argumento sequen-
tibus ire probatam conatur ipse Cartesius (b)

C

in

(x) Magir: l. 4. c. 6. (y) Phil: Burg: Tr: z.
Diff. i. c. 9. (z) Seneca Q N, l. 1. c. 5. (a)
Ant. Le Gr. Hist. Nat. part. 6. Art. 3. & Renat:
Des. Cartes. c. 6. Met, item Spicer: comp. Phys.
Quesl. 294. (b) c. 9. Met, conf. Rob. Tr. Phys.
part. 3. c. 17.

in hæc erumpens; Iris nunquam conspicitur nisi tempore pluvie, licet sœpè non pluia ubi spectator consistit Halones vero seu Coronæ nunquam apparent ubi pluit, unde facile colligere est eas non generari per refractionem quæ sit in aquæ guttis, sed per eam quæ sit in stellulis vel Nube ex glacie pellucida composita, aliam se in Nubibus causam invenire negat, quæ hoc efficere potest, nos autem existimamus Nubes (*c*) densiusculam, continuam & aqualem, Soli sive Stellis directè subiectam, idem posse præstare, licet in glaciei Formam non sit redacta, dum enim Nubes est (*d*) torida & in pluviam nondum versa atque soluta, sed tenuis ut Solis vel Lunæ lux eam possit pervadere, si sunt se nobis tales Coronæ sive Halones ut in earum generationis expositione non sit opus recurrere ad Nubes Glaciei Formam habentes; non tamen Negamus Nubes (*e*) imprimis superiores si sufficienti motu destitutæ fuerint, aliquo modo glaciei particularum formam repræsentare, inferiores autem ut plurimum Formam carent exhalationum, sive innumerabilium aquæ guttularum insensibilium cumulum; supervacaneum ducimus de Nubis Forma plura proferre. Polypo enim, Metra, Periclymene & Camele-

(*c*) Sperl. Inst. Phys. l. 5 c. 20. (*d*) Phil. Burg. T. 2, c. II. (*e*) Rob. Tr. Phys. part. 3, c. 12.

ente, in variis formas se transmutantes mutabilius esse putatur, nam ut omnia (*f*) *Metæora variam ob ambientem aërem nanciscuntur formationem* ita etiam Nubes ab aere vel ventis diversis qualitatibus imprægnatis diversam citoque mutabilem fortiantur Formam.

§. VII.

Sicut omnia Flumina & fontes ex vastissima aquarum abyssō tamquam ex promptaria inexhausti liquoris cellā sumpto sui ortus initio exudent, sive evidenter inde promarent, sive per occultos meatus & cuniculos terris insinuata, in lucem adspectumque excent, (*g*) in illum iterum tamquam commune eorum domicilium resiliunt ac revolvuntur; ita omnia ad bonitatis scaturiginem undē perveniunt regrediuntur, Nubis ergo sicut omnium rerum finem absolute ultimum DEI gloriam nuncupamus, (*h*) *omnia enim proper feme ipsum operatus est Dominus* (*i*) vapores & madores multos in Nubem abeuntes ex terra quam iterum irrigant ascendere jubens: respectivè uiversalem Nubis Finem hinc facile colligimus & credimus esse ut homini sit commodo, DEUS enim in secula

(*f*) *Magir. l. 4. c. 1.* (*g*) *Neub. l. 2. c. 10. Rhegen. c. 26. & Eiel. 1. v. 7.* (*h*) *Aebr. Cont. M. l. 1. c. 1.* (*i*) *Gen. 2. & Psal. 104. 13.*

laudandus (*k*) ita nos in mundo collocavit ut omnes res, quæ nos circumstant, non ad nostri destructionem sed conservationem conspirent; nobis enim (*l*) lucent sidera, coguntur Nubes, funduntur imbræ, micant ignes, a surgunt montes, descendant valles, germinat terra & parit natura universa, & quis ne fecit Nubem (*m*) terram fætundare fructibus incrementum, animalibus recreementum, licet non immediate, tamen mediantibus suis effectis prebere, & certè si densæ Nubes intensissimum Solis calorem, benigna interpolatione interdum non lenirent, subito ætas intolerabilis magnam terris invehernet perniciem, possunt etiam Nubes fines nobis incognitos sibique DEO notos habere (*n*) omnibus enim rebus certos assignare fines, & dicere illas bunc vel illum, & non alium sibi propositum habere, magna est arrogans atque temeritas; utilitatem tamen ex Nube ad nos redundantem quam a quo parcior ingenii mei vena sufficenter nequit ostendere, ut melius percipiamus, ad ejus effecta ponderanda nos conterimus, sed (*o*) gyoniam nemo mortalium sensus tam acres ac vegetos, ut prima rerum principia ritè arg-

(k) Claub. Thes. 515. *(l)* Sperl. Inst. Phys. I. 1. c. 6. *(m)* Idem I. 5. c. 8. *(n)* Claub. p. 325. *(o)* Philos. Burgundie Tr. 2. c. 2.

perfellè intelligere possit sibi arroget, in expositione ergo harum causarum nos multum ab ipso veritatis scopo declinasse, easq; non pro argumenti pondere, sed pro temporis angustia ingeniique tenuitate exposuisse fatemur.

§. VIII.

Ex augusto Causarum Oceano, in amœnum effectorū iam tendimus palatum, (p) quæ pro varia Nubis constitutione varia etiam & diversa facie inde prodeunt, præsertim cum constatæ sint ipsæ Nubes ex effluviis diversissimæ speciei, terræ, maris, silvarum & animalium, inter se mixtis; anteqvam tamen ad eorum expositionem nos acciogimus Nubem vel Sterilem vel Fœcundam esse statuimus. Sterilis (q) est tenuis & lucida ideoq; ob raritatem suam vel evanescit, vel (r) a ventis caloreq; solis dissipata, in tenuissimos abit vapores; in (s) hac Nube quoniam ejus vapores sunt tenuiores, est plus ignis & aeris quam ut aliqua parere queat effecta sive Meteora aquæ, unde subtilissimarum Nubis particularum sive aquæ guttularum minimarum nexus impediri colligimus, si enim Nubis (t) particulae nimium inter se distent & se mutuo

non

(p) Senners. Hypom. 3. c. 3. (q) Stierius Tract. part. spec. c. 3. (r) Achr. Cont. M. l. 2. c. 3. (s) Sperl. Inst. Phys. l. 3. c. 8. (t) Phil. Burg: Tract. 2. c. 9.

non tangant, certum & peculiarem aliquem non producunt effectum, sed in vapores tenuissimos saepius rediguntur; Fecunda autem (*u*) plus aquae continens, est nigra, densa, irriguoque scatet humore, unde resoluta descendens, variis pro caloris atque frigoris intensione vel remissione gignit effectus, qui pro diversa formatione diversa fortiuntur nomina, descensum hunc variae juvant cause, quarum non minima frigus, quod Nubis particulas debito destitteras calore ac motu condensat, graves & ad delabendum aptas reddit, sicut enim (*x*) exiguis calor aquam in vapores, ita etiam debile frigus Nubes atque vapores in Pluviam vel Nivem iterum redigere valet, non dubitamus etiam quin (*y*) calor aeris certo modo Nubem densare & solvere possit, licet alia corpora soleat rarefacere, cum nempe ventus multis calidis effluviis impragnatus, repente in eam inciderit, eamque ad descensum disponit. Oppositi etiam venti cito in Nubem irruentes, ejusque superficiem qua suspendebantur mutantes minimasque ejus guttulas articulius jungentes non parum efficiunt. His

præ-

(*u*) Mag. l. 4. c. 6. & Stier. loc. pri. allego
 (*x*) Ren. des Cart: pr. Phil: part. 4. c. 4. &
 Claub: p. 346. (*y*) Rob: Tr: Phy: part: 3. c. 13.

præmissis *Pluviam ex Nubibus* (z) in gus-
tas aquarum resolutis, generari difficile non
est intellectu, qvando enim lentè ob gravi-
tatem descendere incipiunt Nubes, liquantur
dum ad infimam aëris regionem calidorem
perveniunt, si non prius à peculiari aliqua
causa fuerint resolutæ, debet tamen hic esse
moderatum frigus ubi pluvia generatur, si
aquarem particulæ propinquæ sint & se invi-
cem tangant ut eas sistere atqve connectere
possit; sed si tanta caloris sit agitatio ut ne-
xus impediatur, non sufficit Nubis vel vapo-
ris particulas esse valde vicinas, nec frigus
vel intensum eas conglomerat si nimis spar-
sa sint; ita non semper in sublimi aëre co-
guntur Nubes, licet ibi perpetuo satis vehe-
mens sit frigus ad hoc efficiendum, sed re-
qviritur particularis venti motus & agitatio (a),
stante enim austro vento, calidis effluviis ple-
rumqve scatente, aër calore & humore laxa-
tur, Nubesqve resolvuntur, & in maiores glo-
bulos coalescunt, qvi vel pondere proprio de-
cidunt, vel cum (b) aer inferior recessu,
vel superior incursu, eas ad descendendum in-
vitat; dum enim aër levior est & minus com-

pri-

(z) Hoffven. disp. 14. & Slicherus Q. 294.
(a) Phil. Burg: Phys. Gen: Tract: 2. c. 7. &
c. II. (b) Ren: Des Cates: Meteor. c. 6.

primitur, cumque vaporibus sustinendis sic impar, decidunt qui graviores sunt & in pluvias solvuntur, si autem (c) aer inferior se contraxerit quando particulae haec resolutae descendunt, vel si saltem pars Nubis inferior, calore fuerit liquefacta, sicut minutiores aquæ guttae ut (d) stillicidium sive (e) parva pluvia dici possit, sed si subitum frigus vel ventus aduersus Nubem flans ejus partes ad se proprius accedere cogat, ut aliae in alias impingant, majores ex mutuo occursu evadunt, (f) præcipue si ex altioribus locis (ut estate dum Nubes sunt sublimiores) decidant quo plura enim inter descendendum guttae peragant spatia, eo plures offendunt particulas, sursum eluctantes, cum quibus conjunguntur, crassiores sicut, easque secum ad terram rapiunt, (g) qua si majoribus constent guttis cum tempestate ingruentibus Nimbum vel Imbrem efficiunt (h) guttulis his pluvialibus aut omnino, aut prope modum resolutis, si ventus frigidus supervenerit eas congelando in grandinem convertit (i) quæ grando
pelo

(c) Ant. le Grand Hist. Nat. part. 6. Art. q.
 (d) Seneca Q. N. l. 1. c. 3. (e) Sperl. Inst. phys. l. 5. c. 8. (f) Rob. Tr. phys. pare. 3. c. 13. (g) Hoffv. loco jam alleg: (h) Soic. Q. 294. (i) Res. Des Cartes. cap. sup. citat.

pellucida est, si è Nube omnino resoluta. Et in pluviam conversa generetur, si vero non sit liquesfacta sed tantum emollita, dum ventus eam in grandinem mutans advenit, minime sit pellucida sed alba instar sacchari manet. Putant quidem multi Grandinem tantummodo ex guttulis pluvialiibus & nec in tam sublimi loco generari, verum (k) ex Nube aquosa, Et in humorem versa (l) inque altissima Nubium parec eam interdum nasci non negandum, (m) Non enim verisimile est, etate cum infimus aer calidior est, pluviam delabentem conglaciari prope terram sed in media aeris regione ubi intensem regnat frigus, & sepè in sublimi aere magnus exaudiatur strepitus anteqvam grando in terram decidit ex collisione guttularum constrictiarum, aliarum in alias incurrentium, quod murmur si longe ante Grandinis lapsum audiatur, eam non in infimo sed in sublimiore aere, ab ipsa Nube jam resoluta formari manifestè ostendit, dum enim Nubes sublimiores liquantur calore, tunc subeunte frigidiore vento, iterum congelantur, grandinemque efficiunt, (n)

D

de-

(k) Seneca Quæst. nat. l. 4, c. 3. (l) Cartesius, sup. alleg. Item Arist. l. 1. Met. c. 12. (m) Phil. Burg. c. 9. Tr. 2. Et Scharf: Manual. Phys. l. 4, c. 4, (n) Claub. pag. 347.

descendit etiam non raro grando simul cum ipsa pluvia, illa enim pars vaporum existens ubi non est tam intensum frigus, sic pluvia, ubi autem intensius, grando, quæ satis superque evincunt grandinem etiam in sublimis aëre & à Nube non dum omni modo in pluviam versa produci, licet communiter in descensu ex guttulis pluvialibus à frigore conglobatis oriri statuant, quod etiam fieri non negandum interdum, cum particularis ventus à frigidiore spirans loco guttulis descendenteribus supervenerit. Sicut jam pluvia è Nube liqefacta, in descensu à calidiori vento, & Grando vel ab ejus guttis constrictis vel à Nube proximorum soluta nascitur, ita (o) Nix Nubem fecundam agnoscit matrem, nihil enim aliud est, quam Nubis in partes minutiores divisio, quæ à frigore partes illas in modum lanæ carminatæ convertente & innumeris floccis ad inferiora demittente oritur (p) Nubes enim rarer magisque lenta & viscosa, vi frigoris flatuumque divulsa in Nivium floccos distractur (q) quæ varias mirasque habet figuræ pro aëris ambientis constitutione, generatur autem Nix hyeme, dum frigus per omnes Nubis partes æqualiter fuerit sparsum

&

(o) Sperl. Inst. Phys. l. 5. p. 921. (p) Neub. Sac. fatid. l. 2. c. 8. (q) Hoffv. p. 63.

& (r) quidem in sublimiore plerumque loco
quam pluvia, id enim probant montium al-
tissimorum juga (s) Alpium Apenniique Nu-
biferae perpetua nixe obruta, quæ nulla plu-
via exsolvitur unde Collegium Burgundicum
in capite jam allegato paulo superius, statuit
Nubes altissimas in nives potius quam in plu-
viam concrecere, cum in depressoibus lo-
cis soepè pluat quando in altioribus nixit,
evenit tamen interdum ut Nubecula parum e-
levata & nondum ad medium aëris regio-
nem subducta, frigore blando in flocculos
condensetur, & ubiunque dicendum nivem
generari (t); ibi plus frigoris esse quam ut
in aquam vel imbre transfeat & minus quam
ut in grandinem vel glaciem duretur facien-
dum; (u) Nix semper alba appetet, quem co-
lorem a remotissima sua materia aqua habet,
ipsa enim micat, unde illa noctu visum ferit,
idem in glacie contusa, nec non in spuma
deprehendimus, nam ille candor spumæ vel
nivis oritur (x) vel ex particulis sis, quæ
magis aëreæ sunt, vel. (y) ex infinitis glo-

D 2

bu-

(r) Phil. Burg. Tr. 2. c. 9. (s) Ovid. 2. Me-
tamorph. (t) Seneca Qvæst. nat. l. 4. c. 12.
(u) Sperl. Inst. Phys. l. 5 p. 922. (x) Arist.
l. 2. de gen. anima: c. 2. & Rob. Tr. 2. p. 3. c. 23.
(y) Phil. Burg. loc. pr. alleg.

bulis, quos tenuissima halitum filamenta
connectunt, unde laxior illa textura facile sol-
vitur, & cito vix liqueficit vel in ipsa aqua
frigida. Hæc Nubis effecta ut jam breviter
paucis attacta, Nobis heic in locis borealibus
plerumque se sustinet; & nihil admodum por-
tendunt, nisi alieno sunt tempore, & insolito
modo, atque ordine producantur, vi majore
in naturæ societatem ingestâ ut hominibus im-
pendentium malorum sensus & cogitatio im-
primatur. Aliâ tamen prodigiosa facie sœ-
pius aliis in locis prodeunt, (z) In Emdensi
enim divisione apud Frifios orientales, nocte qua-
dam pluit sanguis, (a) Ante Arthuri Britan-
norum Regis Cædem sanguineæ guttæ, qvibus
in Eboracensi agro herbæ & gramine cruenta-
bantur in terram decidere: sanguineæ etiam
pluviae meminit (b) Livius: pluviam eri-
am (c) sub Forma lactis descendisse constat,
hæc omnia naturalibus de causis fieri non
negandum sic (d) in Armenia ubi terra mi-
nio & rubrica abundat, effluvia ascendunt, qvæ
ut naturam suam ita & colorem tueri pos-
sunt,

(z) Gemma Frisius l. 2. Cosm: c. 2. (a) Boeth.
l. 9. & Bonfin. l. 2. D. 1. (b) Decad. 4. l. 9. &
Jonston. Adm. Met. c. 8. (c) Plin. Hist. Nat.
c. 56. (d) Rheyg. Phys. Contr. pars. Spec, c. 26.

sunt, nam (e) ex terra rubra ubi ascendunt, non possunt esse tam pora effluvia illa, sive
 vapores, qvin habeant aliqvid rubri admix-
 tum, ex locis etiam Sangvinolentis, ubi ma-
 gna hominam strages edita fuit qvis nescit
 vapores rubros prorumpere posse, & hæc qvi
 considerat non miretur pluviam vel nivem
 rubro colore tincta interdum delcendere: An-
 ton le Grand, (f) putat pluviam ruborem
 induere posse propter intensum Solis calorem,
 sicut febri laborantium urinæ aut aquis per
 calidos cineres percolatis rubor conciliatur;
 dum autem pluvia sub specie luctis decidit,
 eam ex vaporibus cretam & calcem redolen-
 tibus generari statuunt Magirus & Achrelius.
 Alia multa & mirabilia, qvæ Nubes simul
 cum pluvia immisit terris tempus non permit-
 tit enumerare atqve proferre, sed hæc scire
 cupiens ex (g) Autoribus talia fusa decla-
 rantibus colligat, unum tamen tangam: Avi-
 cenna dicit vitulum aliquando pluisse, non ta-
 men putandum eum in Nubibus generatum.

hoc

(e) Claub. pag. 367 (f) Hist. Nat. part. 6.
 artic. 4. & Claub. loco citato (g) Pausan: in
 Boët. Val. l. 1. item. Plut. in Crasso. Anton. le
 Grand. Hist. Nat. part. 6. Artic. 4. Neub. fa-
 sid. l. 2. c. 8. & Sperl. Inst. Phys. l. 5. c. 8. E-
 gnat. l. 5. c. 6. Boetb. lib. 4.

hoc enim absconum est, sed à vehementi tur-
bine cum abreptum fuisse & cum pluvia in di-
stantem locum delatum, de similibus idem ju-
diciū Horribiles etiam & prodigiosos gran-
dinum imbres ad terram non raro ablegant.
Nubes; ut (*b*) *Bada in Helvetia Anno 1615*
ecccdis grando trium librarum Alibi Anno
1234 cecidere Lapilli, nucum magnitudine in-
scripti his verbis: *JESUS NAZARENUS.*
Anno 1395 lapſi qui humanos pultus tum vi-
xiles & barbatos, tum muliebres capillatos
proferebant. Die etiam 2 Martii hujus Anni
inustate magnitudinis grandinem tanta vio-
lenta circa Romam fulminasse ut Domos &
arbores misere everterit ac dejecerit nuper au-
divimus. Quæ grandinum monstrosæ species
non à nuda frigoris condensatione proveni-
unt, sed à causa sine causa, præstat igitur hic
DEI digitum agnoscere, quam leviores causas
producere, portentosa enim grandinis tempe-
state DEUM populi sui hostes perdidisse sacra
testatur pagina, ut (*i*) *Josuæ tempore dum*
impias Cananæorum gentes fusi ab alto lapi-
dum imbres profligerunt, & Mosis tempore,
(k) eum Ægyptios universamque regionem
vastans grando, vermiumque & infectorum plu-

vise

- (*b*) *Rurhard. de Met. 9.* (*i*) *Jos. 1. c. 10.*
(*k*) *Exod. 9.*

viæ percellerent. (*l*) Populum etiam Turcæ Bajazeti per Valachiam in Russiam se effundentem, ferro ignique omnia vastantem, tanta nix repente decidens undiqueque circumsepsit, ut Turcæ nec progredi nec regredi possent, ultra quadringenta ergo millia periere; licet multa stupenda opera ex natu cali resulant causa, non tamen pauca DEUM ad potentiam vel iram suam declarandam (*m*) extra naturæ ordinem producere credimus.

S. IX.

Nubis Subiectum sive locus est (*n*) lumenis, odorum, & halituum variorum vehiculum, sedesque Meteororum aër, (*o*) cuius interventu terra cum cælo velut in communis emporio commercia sua exercet, (*p*) quidquid enim terra exhalat alterna vicissitudine recipit aër, & ab eo delapsos humores terra iterum concipit, (*q*) perpetua namque reciprocatio est in aëre, aqua enim supra terram in vapores redigitur, qui ad medium aëris ascen-

- (*l*) Cromerus l. 30. (*m*) vide Majol; Dies Canic. Garcei Meteorol. & Lychostenem. videtur Athanas. Kirck. c. 5. f. 2. prop. 9. de his Met. (*n*) Sebarf. Man. Phys. part. Spec. l. i. c. 6. (*o*) Pbil. Burg. Tr. 3. Dis. p. 3. c. 3. (*p*) Neuh. Sacr. fatid. l. 2. c. 8. (*q*) Claub. p. 350.

ascendentes resolvuntur in aquam, haec rufus descendit ad terram quod millies continere videas, haec omnia Arist: ēv. μυρλω ferri dicebat, idem statuit quoque Clariss. Sperl. (r) dum sic loquitur in aere Nubes eunt & veni graffantur in hoc aves ludunt, in hoc homines & quadrupedes vagantur sed ut proprius ad rem ipsam accedamus. Nubes (s) medium aeris regionem plerumque occupare stetimus (r) in qua omnes vapores a terra educti iterum concrescunt. Certum equidem est tota Atmosphēram ex vaporibus & exhalationibus virtute Siderum ascendentibus componi, verum in inferiori ejus tracto Nubes concrescere impedit caloris Solis à terra reflexi agitatio, (u) superiorem ergo hujus partem Aetheri Citeriori subiectam, & pro diversa radiorum Solarium vi, effumantiumque halieatum copia, alias humi magis depresso, alias in sublime altius erectam, Nubes pluviarum, nivium atque ventorum seminaria incolere, ibique constringi mens dicitat, & colligit ratio ipsa, (x) & quoniam ibi regnat fris.

(r) In Synops. Phys. l. 4. c. 2. & Plin. l. 2. c. 38.
 (s) Serv. Quest. 251. & Claub. p. 342. (t)
 Rbege. Phys. Contract. pars Spec. c. 24. (u)
 Neuh. sacror. facia. l. 3. c. 1. (x) Scharf. loco
 prius allegato.

frigas ob defecum causarum calefacientium;
 non solum Nubes, verum Meteora quoque
 alia varia ac mira generantur, frigoremque
 huius regioni inferunt: (y) Extendit autem
 se haec media aëris regio, à spacio rest. xio-
 nis radiorum Solarium ad altera montium
 cacumina. Et haec, ut diximus, plane tri-
 gida est, cum ob absentiam radiorum retra-
 ctorum, tum ob vapores illuc delatos; (z)
 Unde in frigida haec Atmosphera parte con-
 globati in Nubem vapores, nubes & inae-
 qualem a terra obtinent distantiam; (a) id est
 p. t. ob Nubes ipsas, prout tempore sunt secundæ
 vel steriles, graviores vel leviores, crassiores vel
 subtiliores, vel ob loca magis vel minus cali-
 de, ubi cum ipsa media haec aëris regione
 interdum ad terram proprius se inclinat, in-
 terdum longius ab ea recedente, etiam depri-
 muntur aut atolluntur; vel ob tempora, an-
 siendum tempore dum sunt altiores, hyemale de-
 pressiores, vernale denique & autumnale dum
 mediae sunt, certam Nubibus à terra distan-
 tiam exinde effigere vix possumus, nam Au-
 tores diversam de ea fovent sententiam: Ke-
 plerus, Copernicus Rhodius, & Tycho Brahe in

E

eo

(y) Achr. Contempl. M. I. 2. c. 1. (z) Ant. le
 Gr. Hist. Nat part. 4. Aristo. II. (a) Sperl.
 Synops. Phys. I. 5. c. 8.

eo ferè omnes consentiunt, qvod summi halitus juxta Opticorum demonstrationem ad 12 millaria Germanica vix ascendunt. Vitellio (b) eas à terra superficie tredecim milliaribus nocturnis distare affirmat, ultra medium aëris regionem quidem non ascendunt Nubes, (c) vapores enim ex quibus componuntur non altius emittuntur quam ad medium aëris regionem & ibi manent atque constringuntur. Nos si aliquid hic proferemus, dicimus Nubes alias remotiores à terra alias propiores esse, si propter diversos vapores, nam rariores & subtiliores altius affutgunt, crassiores autem & densiores manent loco humiliori. 2. Ob diversam siderum virtutem, quorum alia a cius alia minus alte vapores attollunt. 3. propter ventos qui hinc inde Nubes agitant, ut justa earum distantia exactè perstringi ne queat, hinc Porta (d) dicit se in monte Hispania Serrato dicto vidisse Nubes infra se vagari, ing. vallibus adjacentibus pluere, dum ille supra in vertice montis serenum habuit cælum, & (e) qui Alpes aut Pyrrhenorum juga descendunt, Nubes varias & diversæ altitudinis conspicunt easqye vix dimi-

(b) lib. 10. propos. 54. (c) Claub. Thes. 429.
 (d) lib. de Irid. & Coloribus prop. 14. (e) Pbil. Burg. c. 9.

dimidio millari Germanico altiores conjiciunt, hinc constat (f) Nubes vix excedere, quorundam montium vertices, sed sc̄pē juxta fastigia turrium nostrarum vagari: (g) qui ascendunt summitatem montis Veneris cotius Agri Patavini maximi, diem ibi habere possunt serenissimum, licet Nubes circa medium montis moveri videant, cujus interiectu valles videre nequeunt (h) In Teneriffa etiam insula est mons qui vocatur Pico de Terraira & censetur altissimus cotius selluris, hujus medium cingunt Nubes, referunt qui montem hunc ascendunt, qvod non fit alio tempore quam Julio & Augusto, aliis enim temporibus nive est obrutus, hinc liquet eas interdum altiores interdū depressoſe.

S. X.

His rudi penicillo adumbratis, colores qvos Nubes adjunctos habent paucis inqvirere luet, siquidem non solum Nubes sub specie coloris oculos nostros feriunt (i) sed faciunt etiam ipsum mare tales ad nos reflectere, quales his ipſi incumbentibus impressi sunt, qvos multiplici differentia colores, (k) vapo-

E 2

rum

(f) Renat. des Cartes. c. i. Met. (g) Zabarella L. de Reg. aeris c. 8. (h) Achri. Cont. Mundt l. 3. c. 3. (i) Idem l. 1. c. 3. (k) Neuh. Sac. fatid. l. 3. c. 1.

rum Nubiumque ab effusa siderum luce tenueram esse dicimus, pro (l) diversitate enim materie vaporosa, &c. modificatione immis-
sonis luminis astrorum, Nubes diversos for-
tiuntur colores, (m) quos sicutem possunt tales
sideris quam revera esse arbitramur. Non
potandum omnes Nubes æqualiter dispositas
esse, sed quasdam ad hunc, quasdam etiam
ad aliud colorum recipiendum aptas quod
(n), exemplo pilæ declarari posse, aliter enim
resilie si in corpora superficiem duram ha-
bentis inciderit, aliter si in ea quæ levi, molli,
curva aspera &c. gaudent; ita (o) Colores
Nubium inde oriuntur quod Solis & reli-
quarum stellarum radii, varijs modis, in
eas, varie dispositas incident ac reflectun-
tur, ut heic specialiter de coloribus Nubis di-
cere possimus (p) quod nihil aliud sunt quam
varijs modis, quibus radios lucis recipiunt, &
vel absorbent, vel ad oculos insigni diversitate
remittunt, pro natura enim vaporum etiam (q)
particulis sulphureis interstriditorum variorumque
colorum generationem promoventium, nubes
albus, nunc niger, nunc rubeus, nunc viridis,

ap.

- (l) Mag. I. q. c. 6. &c Schorf. Man. Phys. I. q. c. 3.
(m) Scalig. Exere 66. f. 1. (n) Claub. Th. 692.
(o) Idem Thes. 346. (p) Henr. Soccer. paragr.
391. (q) Achri. Comempl. Mundi I. 2. c. 5.

apparet color, (r) albus si luminarium celestem lux inciderit in Nubem raram & subtilem, qui color serenitatem pronunciat, hæc enim Nubes parum aquæ sed multum tamen rarifaciat in se continet, facilissimo ergo negotio dissipatur. Niger autem emergit cum in Nubem crassam, densam & humore turgidam ideoque parum luminis recipere aptam incidet, hic largos imbreves & tempestates denunciat; mirum & forsitan Paradoxon videri aliquibus subolfacere possumus quod statuimus Nubes dari tam densas ut lumen omnimodi iussicare possint, cum pertrahat ipsam aquam in mari & lacubus contentam, ut fundum nisi aqua ea sit luto infecta, ad quinque & plures vias interdum conspicere possumus, heic ramen est intus juncta aqua, in Nubibus autem rarifacita & magis sparsa, sed hoc sit non ob amplitudinem pororum sic enim dicemus spongiam esse pellucidam potius quam vitrum quod poros habet angustos, sed inde est (s) quod Nubis ut & spongia pori sunt interrupci irregularis & non recti, lumen ergo Solis (r) quod per lineam rectam fit & propagatur non transmittunt sed fistunt, aqua autem &

(r) Sperl. Inst. Phys. I. 5. c. 10. & Magir. I. 4. c. 5.
 (s) Claub. pag. 407. (r) Remar. des Cartes, princip. Phil. part. 4. pag. 107.

victum hieet poros miras & angustiores magisq; conjunctos habeant, illud ut Nubes super dominatis qualitatib; gaudentes & spongiæ non impediunt sed transitum ei dant, nam uniformiter cohærent ita ut pori poris respondeant, similiter (n) dum aqua concrescit potest fieri glacies supra aquam, quam tamen visus oculorum nostrorum penetrat, die autem sequenti supra hanc glaciem potest vel nix vel aqua congregari, ibique à frigore concrescere ut una glacies super aliam gignatur, undè ea quæ antea fuit pellucida sit jam obscura lucem quo suffocat, quia pori superioris glaciei poris inferioris non exactè respondent cum autem glaciei pori sibi invicem non respondeant sed interturbantur, sit glacies obscura quia lux sit per lineas rectas, nisi aliquid impedit idem de Nube. Ad probandum insuper Nubes, lumen sistere posse unum proferam, Anno 1562 (x) diebus Christi natalitiis Ullistone tantam piceæ Nubes effundebant caliginem ut Egypti tenebris putaretur comparanda. Sed redamus undè digressi fuimus, Rubeum colorē dicimus Nubem repræsentare dum lumen Solis inciderit in Nubem humidam fumosam terrestri adusto commixtam, hic color serenitatem

(n) Claub. pag. 244. (x) Neubus: Sac. fatid. l. 2. c. 8.

tatem & tempestatem prænunciat; viridis autem nobis offertur color, cum Nubes est aquosa & rorida & hic ob aquæ copiam quæ eæ Nubes imprægnatæ sunt, magnas nobis promittunt pluvias, quos omnes colores (y) à vaporum atq; lucis mistura ortum trahere novimus.

S. XI.

Videmus quotidiè plumam vel levissimam, dum in aëre projecta fuerit ad centrum terræ redire (z) ipsæ quoq; atomi quantum in illis est, tendunt deorsum (a) per gravitatem enim seu innatum impetum gradia quæque corpora in terre ceterum nituntur, ut unum cum ea globum efficiant, quod autem Nubes gravis Elementi aquæ proles in aëre insperata maneat, secreto mentis subjiciendum scrutinio, vim hanc putat Celeber: *Dn. Athrelius* (b) adscribendam tum magneticis astralium corporum facultatibus, tum reflexis Solis radiss, tum interioribus Globi terreni operationibus, quæ hanc istos veluti quoddam flatu compellunt in altum. Ante omnia tamen ordini diuinatus statuto hanc Nubium suspensionem,

im-

(y) *Sperl. Inß. Phys. l. 3. c. 3. & Acbr. Contempt. M. l. 2. c. 5. nec non Neuh. Sac. far. l. 2. c. 26.*

(z) *Job. de Raci in Clavi Phil. Nat. de mundi Syst. paragr. 46. pag. 28. (a) Phil. Burg. Phys. Gen. Tr. 2. c. 5. (b) Cont. m. l. 2. c. 3.*

importundam putatas; sunt præterea Nubes
 (c) inßar spongia cavernosæ, quod etiam su-
 perius ostendimus, ideo auram facile in se re-
 cipiunt, caloremque inclusum habent, quo-
 rum beneficio detinentur & hinc inde agitan-
 tur, donec vel resolutæ vel nimis constrictæ
 graviores reddantur, sicq; in terram decidant,
 cogitandum quoque (d) glaciei particulas
 vel aquæ guttulas ex quibus Nubes compo-
 nuntur licet exiguae admodum sint, multum
 superficie pro ratione materiæ suæ habere
 ideoque in æte librari, sœpeque magis ab a-
 eris resistentia impediti ne descendant quam
 à pondere suo impelli (e) venti denique qui
 prope terram spirant crassiori constant ma-
 teria, quam qui in sublimi aëre feruntur, si-
 cùt in aqua & in omni humore, fox in ima-
 est, qui non tantum Nubes suspendere sed eti-
 am ultra æris regionem in qua existunt at-
 rollere possunt, non desunt qui (f) gravia
 corpora minus gravia fieri ststuant quo lon-
 gius à terra removentur (g) Una etiam Nu-
 bes licet satir crassa & ponderosa sit ab aliis

ful-

(c) Mag. I. q. c. 6. (d) Anton. le Gr. Hist. Nat.
 pare. 6. artic. 3. & Renat. des Cartes c. 6. Hist.
 Rob. Tr. 1 p. 3. c. 12; (e) Seneca Ques. Nat.
 c. 10. l. 3. (f) Phil. Burg. Phys. Gen. Tr. 2. c. 1.
 (g) Cartes. c. 5. Meteor.

fulerit ac sustentari posset, domus nempè aët
intreas fuerit coarctatus, si etiam sit tam plas-
tidus ut nec inferioris nec superioris latera
pertemptat; vapores etiam continenter è terra
erumpentes (*b*) nec non venti in subditu vche-
mentius spirantes, non parum suspensionem
hanc Nubis juvant, non aliter ac puerorum
ludibria dracones in aëre sustinente, & qui-
dem ea melius quo à terra sunt remotores.

§. XIII.

Nubem non tantum amoenissima terram ir-
rigantia Meteora superius paucis delineata
ad nos ablegare, sed ingenti etiam fragmine
ipsam quasi hiscente cœlo, effusisque ejusdem
cataractis, non exiguum interdum terræ vel
regionis partem, magna aquarum eluvie obru-
tam dedisse legimus; naturalis hujus fracturæ
causa (*i*) subitum nimisque intensem perhibe-
tur frigus, quod totam Nubem repente con-
denser, ut non guttatim sed ingenti aquarum
cumulo, dum tota à frigore æquilibet con-
stricta & gravior reddita fuerit, disrupta de-
scendere cogatur, sed tutius heic recurrimus
ad supra naturalem causam DEUM, qui tali
Nubium fissuræ aquarumque prodigiosa evo-
lutione, meritas impietati molitur pœnas.

F

Ter-

(*b*) Colleg. Burg. Tr. 2, c. N. (i) Sperl. Inst.
Phys. L. 5. C. 8.

Terribilem etiam non raro Tonitruum sonum edunt ipsæ Nubes, ut earum horribili mugitu cœlo terrisqve contremiscientibus, excussisqve violentis Fulminis ignibus personet atqve luxurietur aër, cum nempe vel (k) Nubes è nive rara multumqve expansa potissimum si componatur, tabulatorum instar a-his superstrata (l) variæ enim Nubium acies diversæ altitudinis esse possunt) subito à calidore vento fuerit soluta ac liquefacta, ut in Nubes inferiores jam sursum eluctantes decidat cum sis jungatur inqve alias adhuc depresso-res magno fragore & tonitu ruat, vel etiam (m) cum Nubes sit cava instar tormenti bellici cuius claustra dum sulphurea disrumpit exhalatio, aër horrendo resonat murmur, vapor enim dicit Clariß. Neuhusius (n) intra Nubes cohitus ac strangulatus, rupris violenter carceribus, exitum parat factaque plaga, immanem cum eliso igne strepitum edit ex concusso Nubium impulsuum, Fulminum autem ignes quibus tunc etiam flagrat aër docet Pericles (o) eodem modo Nubium ac topidum

(k) Rena des Cart. Met. C. 7. & Robault. Tr. Ph. Part. 3. C. 16. (l) Ant. le Gr. Hist. Nat. part. 6. Art. 3. & Suer. parag: 289. (m) Phil. Burg. c. 10. de ignis impress. (n) Sac. Fat. L. 3: C. 1. (o) Spidax L. 2.

mutuo attritu & collisione excitari beneficio particularum sulphurearum intra Nubes detentarum. §. XIII.

A ntequam scriptio[n]is nostræ abrumpimus. A filum, mitas horrendasq[ue] Phases in Nubibus non eard[em] se ostendentes debili comprehendemus crenâ, ut autem B. L. in earum generationis expositione vel nobiscum consensiat, vel etiam in re tam abstrusa atq[ue] sublimi, si veritatis non valeamus attingere scopus nos ut excusatos habeat, qvam formidabili atq[ue] diversa facie nonnullæ apparuerint dicemus. In Misnia visus est medio die, CHRISTUS supra Iridem sedere (talis, qualis à pictoribus delineatur) mirè pulchris coloribus insignis, (p) Anno 1532 paulo ante ruinam Saxonica familie visa est in Nubibus arbor antiqua, frondibus emarginidis everti: cui proxime adstabant Eqves truncatam ramis arborem humeris gestans illum canis seqvebatur venaticus à tergo atra crux ex densa Nubefulmen executiente affulxit. Anno 1549 visus est igneus Leo & aquila lauiciato pectore Evæ etiam ex Adami provenientis costa nitebat imago: qvos Deus impositos genibus blandè foveret. Succedebant inflammatarum urbium truculentæ species & CHRISTUS in cruce pendens

(p) Penceras. Dip. L. 2.

dēs Apostolorum cœtu adſiſteſt, qvō ſe-
 quēbatur vir tetto immaniqve adſpectu ſtricto
 gladio pueric mītans, qvæ flexis ante eum
 genib⁹ ſupplex rōgare videbatur ne feritetur.
 Anno 1549 vir Princeps Teutonico conſpicuus
 habitu notabatur ſupra qvem Leo ſtabat &
 Ovis in mutuum amplexum oſcula jungentes,
 ante Principem ſplendida ex floribus pendebat
 Corona, Anno 1547 funebre in Cœlo feretrum
 viſebatur atro obteſtum panno, pullaqve vête
 multi mortales, qvāli juſta funeri ſolennia fo-
 lutiſti p̄tcedebant & leqvebantur, ſinguli in
 manu tubam geſtabant, qvam iñflantes magno
 ſonitu ſpectantium aures complebant. An. 1550
 ſupra Wittebergam inſigni corporis ſpecie
 cereus conſpiciebatur. Humiliotri loco duo
 conſerti in pugnam exercitus terribilem con-
 ceptantium armorum edebant ſonitum, largo
 eruoris imbre de cœlo in terram manante.
 Paulo ante illitus ſangvine gladius & tormentum
 militare, rotis impositum magnum ſpe-
 ctantibus injecit terrorem. Eo tempore quo
 Marius cū Sylla tacitas exercebat ſimultates
 (q) videne Romani Cœlum terrificis ignibus
 exardescere, clypeumqve flammeum ab ore in
 occasum ferri. (r) dum Antiochus Epiphanes

con-

(q) Valer. Max. I. 1. de prod. (r) 2. Ma-
 cab: 5.

conceperum in Iudeos odium exilio Hierosolyma ostenderet apparuere in Nubibus Equitum discurrentium turmæ, cohortes armatae gladios & hastas vibrantes, (f) cum Constantius Magnus contra Maxentium in aciem exiturus esset visa est in Nube Cruz miti splendoris radiisque circumfusa appositis quoque his literis IN HOC VINCE Anno 1565 ante Belgicas factiones ascendebat ex Euronotho Nubes horrifica quæ diversis varia coloribus Acherontis veruginem præ se ferre videbatur continuo in plurimas temtas diductis faucibus scintillatum ingens copia absistebat ut cum candens ferrum incudi impositum malleis agitatur, ubi ad verticem venit, tantus in alto tumultus, fragorq; collisarum Nubium intundit ac si celo tellus & sylvis maria miscerentur. Quoties denique nostra ætate in Nubibus visi sunt colluctantium exercituum conflictus, urbium species ac praesentatarum, equi viri q; conserta acie fremere & tormentorum tonitrauæ edi armorumq; collisorum crepitus exauditi, hæc q; viderem vix unquam aliquis sine funestæ cladis omnia conspexit. Effulgent equidom variarum rerum in æris imagines cum elati in altum vapores, varios pro ipsorum natura colores à luce trahunt; at consecutorum exercituum

ad-

(f) Euseb, L. 2, de Conſt.

adumbrati conflictus, hominum, bestiarum, tormentorum, signorum depictæ quasi penicillo imagines, ex nullis, meo quidem judicio vaporibus suscitantur, nullis Stellarum radiis figurantur, nullis Nubium tinturis coloribus que delineantur. Divinitus vero conformari puto, ut descripta ante oculos nostros instantium eventorum imagine aut certam animo Divini auxilii spem concipiamus, aut impendentium malorum territi magnitudine mores impios emendemus. Si tamen aliquas Phases ex naturali resultare fonte dicamus (*t*) materialiam quam vapores, fumi atque halitus variis, in talem formam effigiati constituunt, nec non variam cœlestium luminum in Nubes incidentium coloresque efficientium modificationem spectandam puramus *Anton le Grand* (*u*) existimat Nubes in oppositum constitutas exercitus, alioque multa nobis representare dum aliquas reflexiones & refractiones efficiant potissimum si multæ in aëre sint ea parvitate, ut singulæ talium phasium specimen præbeant, aliæ etiam in alias irruentes, si exhalationum sulphurearum copia scarceant, parva fulgura excitare glandulasque interdum emittere, & sonos aliquos edere, possunt.

(*t*) *Achr. Cont. Mundi L. 2. c. 3.* (*u*) *Hist. Nat. Part. 6. Artic. 10. & Ren de Cartes Met. c. 7.*

undē milites præliari & certamen inire appa-
 rent, videmus sēpè Nubes contrariis færi mo-
 tibus, dum una à terra remotior est alterā, hæ
 varias interdum nobis exhibent formas, cum
 ob lumen ab una in aliam inæqualiter rever-
 beratum & modificatum, tum ob ventum à
 quo diversimodè feruntur. Multa quidem
 mira naturæ opera ab portenta atqve pro-
 digia ominosa refert fatūz plebs, & cœca eti-
 am ignorantia; si enim audiant incertis auti-
 bus concursantium inter se Nubium frago-
 rem, collisa fuisse in cœlo arma dicunt; si vide-
 ant dubiis oculis Nubem Vaporemve ex refræ-
 etis siderum radiis colore informi figuratam;
 Urbium & Castellorum fingunt simulacra,
 qvæ brevi copiis armisqve hostilibus circum-
 singuntur, undē rude vulgus portendi ma-
 gnorum periculorum metum, minari publicas
 misterias cœlum, venisse ultimū omni humanis re-
 bus diem clamat. At præstat piè credere hor-
 rendas phases impendentes misteriarum tem-
 pestates, si Physice explicati nequeant prænun-
 ciare, qvam sine ulla variantis naturæ condi-
 tione tanquam ex Tripode confidenter vatici-
 nari, & qvæ in secretis divinæ providentiae pe-
 netralibus delitescunt lascivientis ingenii pro-
 tervitate audacter proferre & ad hominum au-
 res divulgarē.

Hæc sunt Benev: Lædi; quæ Cœcidæ ræ
 Censuræ subiecte volvi, si melioris fortunæ
 spes mihi affulserit & primitiæ hæ faventes
 æstimatores, qvorum favoris atra adversita-
 tum scopulos superare & ab ipsius temporis
 aliorumq; occurrentium malorum sævitia
 me extricare possum, invenient, fæcum alium
 alia porrigit producetq; , Tellus: Si vero
 neutrum evenierit, satis esse puto hunc qua-
 lemounq; protulisse, interea si aliquis bonorum,
 cui pagellæ hæ placent, audierit Momum a-
 cero omnia perfundentem & maledictis etiam
 optima qvæ qvæ adspersentem, mordacem,
 fauibusq; ex Orci manantem suam ad has
 vellicadum lineas stringere lingvam, eum vel
 ignorantia vel invidiæ furore conte-
 psum esse cogitet.

GLORIA TRINUNI,



Monsieur !

Je ne saurois exprimer la joie
que j'ay d' apprendre que vous allez donner au jour une sc,avante production de votre esprit, qui traite de la NUEE & de ses effets , la quelle matiere ayant eté si subtilement eclaircie par les lumières que vous avez acquises par vos louables études ne manquera pas de donner de l' admiration , & du contentement aux plus savans ; Et comme notre ainitié fait que je participe à tous vos avantages, je dois m'estimer heureux d' avoir recontre' un amy qui donne de si belles preuves de son savoir , & en même tems faire des voeux pour votre avancement , & toute sorte de bonheur que je vous souhaite du fond de mon coeur etant.

All ästu Zinska ort der Wifiven Aer alyere
Förbi Minerva host som funckar i ståle
Floor /

En de Camæners sind: än i des Parnass boor /
Som synnar annorsteds der Mavors hijslig ryter.

Wid Norre Polens kant der ej af Phœbo rinner /
Så ymnog flamma röd man gement jaga
plåt /

Planeters influence/ utaf den wärckan är /
At deß solek icke till de andras finhet himmer.

Ljuskål ett Adelst blod/ sig ändrar ej af orten /
En mång Apollo Högt urhgiurer wiisdoms
saffi /

Hvarför den dygdig är/ får af Fru Pallas
trafft /

Herr Broor nu styrdar på (Minerva-Synas por-
ten)

All wiisa fram ett prof/ som werlden må beståda/
Och fälla der om dom/ doch med fast undran
Floor /

Gewinna moste det / att wiisheetz anda
groor /
Som wacker upkomst Ehr med riiden lät be-
hoda.

Här lär wiſt många rät af diup förundran
enjat

När che see hur' I månd' / åt lufften lyftas
höge /

(Som Edere sinne sted; till wichtige warde
bogte)

Tå SKYENS Egenkap/ beskrivwa Ehr månd
lyfia.

Man seer hwad dygden gör/ när hon sielf är å
färde /

Ey det är minsta priis/ mång åhr att räckna
till /

Ell' at man längre sätts på en ore legat still/
Men växla lufften om/ Det villige håls i wärde.

Ey thäss' mig och Het Broor har lust att uthom
fliwa /

De Nordiske länders gränz så är Ehr sinne
stät /

Och når i komme på Neptuni flacka fätr /
Så läter Eol väl/ en pust till wimplen gifwa.

Hwad fördeel är då det i Thetis böhliot woda /

Sig våga till de längst/ aflagne verldens
vråår /

Förutan dygdeprof/ den resan fruchtlös går /
Prof och förfarenheit/ ehrfattua resans stada.

Som nu på denne ort / slift finnes alder gifnes
Hvad dygde, afvel lär på främmard' orees
Åger.

Jag är ossna ej som önskar det såå see /
Men alla hvilkas namn / bland Edro wanner
Skrifves.

Th som min är bekant / Ehr gricka skilla sunnet
Det i och hafwa örst utof Ehr g ders stam
Dem lärdom / resor / dygd / till heder dragit
from /

Så är och deras art initiat i Ehr kynne.

Som den i all sin värke / af dygden mäud' an-
föras /

Gast han omvallad worl of hela Stygis fläck /
Ell åhrespijen går / ei achtar Moon i påft /
Så lär' ehr uampa med prys, ibland de lärda
höras.

Den fägnad mig nu gier / Her Brors dygdaread
sinne /

Hörklara ej lag kan / som den i tanckon är /
Doch af ett redlige sin: antages wiljan här /
Så skall Ehr trogne Bror Ehr dygd steds ha i
minne.

Så lenge Hitlens jifri lag seer i kresar föras /
Så lenge hierat mit / med pice and röre sig /
Så lenge vänstrop min / förbindas skall med
tig /

Jag säger nu till slut / så lenge bleden röres.

JONAS HEURLIN.